



Pag. I

*I E S U S , M A R I A , I O S E P H .*

**P R O**

**ILLVSTRBVS CONJVGIBVS MARCHIONIBUS**  
de Rupit Baronibus de Orcau.

*C O N T R A*

**EXCELLENTISSIMAM MARCHIONISAM DE**  
Castellnou, & Egregium Comitem de Erill.

**R E L A T O R E M A G N I F I C O I O S E P H O D E G E L C E N**  
*de Reg. Consil.*

Scriba Vilana, nunc Tohar.

*Magnificus cause Relator quatuor dedit partibus disceptanda dubia sub verborum cortice, & formalitate sequenti.*

**Primum Dubium.**

*U T R U M I N H Ä R E D I T A M E N T O F A C T O P E R N O b i l e s A l p h o n s u m , & P h i l i p p u m d e E r i l l p a t r e m , & f i l i u m i n c a p i t u l i s m a t r i m o n i a l i b u s d i c t i N o b i l i s P h i l i p p i d e E r i l l , v e n i a n t c o m p r æ h e n s a b o n a a l i à s d i c t o N o b i l i s P h i l i p p o s p e c t a n t i a , v i g o r e h ä r e d i t a m e n t i a p o s t i i i n c a p i t u l i s m a t r i m o n i a l i b u s d i c t i N o b i l i s A l p h o n s i e i u s p a t r i s ; a n v e r o b o n a t u n t u m , q u æ d i c t u s A l p h o n s u s i n e i u s c a p i t u l i s m a t r i m o n i a l i b u s s i b i r e s e r v a v e r a t , d i c t o N o b i l i s P h i l i p p o e t i a m d o n a t a , i n e i u s c a p i t u l i s m a t r i m o n i a l i b u s .*

**H** VIC dubio respondetur, in hæreditamento facto per dictos Nobiles Alphonsum, & Philippum de Erill in capitulis matrimonialibus dicti Nobilis Philippi venire compræhensa, non solum bona reservata per dictum Don Alphonsum, in

A hære-

hæreditamento per ipsum factō in suis capitulis matrimonialibus, sed etiam donata, in & cum dicto hæreditamento ; nam ex lectura dicti hæreditamenti facti per dictum Don Alphonsum in dictis suis capitulis matrimonialibus, filijs nascituris (quod locum habuit in favorem Nobilis Do'n Philippi eius filij) constat dictum Don Alphonsum, donasse omnia bona sua jura, & actiones, habita, & habenda; & ex donatione postea facta per dictum D. Alphonsum dicto Don Philippo in capitulis matrimonialibus dicti D. Philippi (facta specifica mentione dicti hæreditamenti facti per dictum D. Alphonsum in suis capitulis matrimonialibus, cum expræssione mensis, & anni, & Not. apud quem receptum fuit dictum hæreditamentum) constat dictum D. Alphonsum, donatione pura simplici, & in evocabili, donasse etiam dicto Don Philippo filio suo, omnia bona sua jura, & actiones, specificando inter alia Baroniam de Erill, Villas, Loca, & alia de pertinentijs dictæ Baronie, cum pactis vinculis, modo, & forma infra in alio capitulo dictorum capitulorum matrimonialium latius contentis, quam donationem cum dictis pactis, præsens, dictus Nob. D. Philippus acceptavit, & consequenter negari, non potest, in dicto hæreditamento facto, per dictos Don Alphonsum, & Philippum in dictis capitulis matrimonialibus dicti Don Philippi, venire compræhensa, non solum bona reservata, sed etiam donata per dictum Don Alphonsum in dictis suis capitulis matrimonialibus dicto Nobili Don Philippo, cum ex acceptatione dictæ donationis, in qua dictus Don Alphonsum expræsse, & nominatim disposuit de rebus antea in dicto hæreditamento compræhensis, visus fuerit Don Philippus consentire dictæ donationi, pactisque, & vinculis in ea appositis, & renuntiassse juri forsitan ei competenti ex dicto primo hæreditamento, Castillo contr. lib. 3. cap. 10. num. 47. & 48. Pereg. de fideicomm. art. 6. num. 4. & num. 47. Font. de pact. tom. 1. claus. 4. gloss. 5. num. 28. & 29. Cutel. de donat. discr. 2. part. 10. num. 97. in iudicio non

Nec

2 Nec officeret si diceretur, dictum Don Philippum, notitiam , & scientiam minime habuisse primi hæreditamenti facti per dictum Don Alphonsum patrem suum in suis capitulois matrimonialibus, filijs nascituris, & consequenter per acceptationem dictæ donationis , neutiquam sibi præjudicasse, in bonis sibi competentibus, vigore dicti hæreditamenti: quia præterquam , quod ex supra ponderatis manifestè apparet , ipsum specificam, & individuam scientiam , & notitiam habuisse dicti hæreditamenti , & in eo contentorum, ex quo in secunda donatione per dictum D. Alphonsum eidem facta, & in proœmio ipsius expræsse fit mentio dicti hæreditamenti , cum expræssione mensis, diei, anni, & Not.apud quem receptum fuit dictum hæreditamentum, atque ideo eum non potuisse excusare ignorantiam, Tondut. *quæst.civil.tom.2.cap.175.num.8.* *Alexand.Ludovis.* *decis.90.num.12. & 13.* *Canc. var.part.1.cap.14.num.43.* & ita fuisse decisum , in nostro R. S. in causa Communitatis Villæ de Calaf ex una , & Vniversitatis Villæ de Copons partibus ex altera , provisione facta per Nobilem Don Michaelm de Cortiada dictæ causæ relatorem die T. Maij 1670. Not.Fabrega; remanet plenissimè satisfactum ex deducis, & allegatis per hanc partem in primo juris discur- su per ipsam edito incipiente ; pretenditur in hac causa à num.112.ad num.141. inclusivè.

3 Et in vim prædictorum, non solum bona donata per dictum Alphonsum dicto Don Philippo, & per ipsum reser- vata,in prima, & secunda donatione veniunt compræhensa in dicto hæreditamento facto per dictos Don Alphonsum, & Don Philippum, verum etiam omnia alia quæcumque bo- na , quæ aliunde dictus Don Philippus iure proprio, vel aliás haberet, vel habere posset quomodo cunque , cum in & cum dicto hæreditamento , dictus Don Philippus, omnia bona sua præsentia , & futura compræhendi voluerit, & in vim dicti hæreditamenti per dictum Don Philippum con- cessi, & approbati, ipsius filij masculi, dicta bona possesserūt-

*biup*

SE-

## Secundum Dubium.

*VTRVM EX DONATIONE FACTA PER GVI-  
LLEMUM, & Arzendem de Bellera, filij, & posteritati in per-  
petuum, ex quo ipsi donatores concesserunt facultatem  
alienandi, resultet fideicommissum agnatitium, in  
casu non factae alienationis.*

4 **H**IC dubio respondetur, vlo in casu, ex dicta donatione resultare posse fideicommissum agnatitium, nec aliud, in favorem filiorum, & posteritatis Guillermi de Erill donatarij, vt manifestè depromitur ex verbis dictæ donationis, quæ sic se habent, ibi: *Damus, con-  
cedimus, hereditamus, tradimus, & perpetuo cum hoc præsen-  
ti instrumento publicè edito, ac perpetuo valituro, tibi Gui-  
llermo de Erillo filio nostro dicto, & tuis, & omni posterita-  
ti, quæ de te, & Geralda uxore tua processerit, ad dandum,  
& vendendum, impignorandum, alienandum, faciendum om-  
nes vestras, vestrorumque voluntates in perpetuum, sicut me-  
lius, & plenius, sanius, & perfectius potest scribi, dici, & in-  
telligi ad vestras vestrorum voluntates, per secula cuncta, si-  
ne aliquo nostro, nostrorumque retentu, & contradictu, & im-  
pedimento, &c. Nihil enim magis vinculo, & fideicommis-  
so contrarium considerari potest, quam facultas disponen-  
di ad suas voluntates, Fontan. de paët. I. claus. 4. glos. 9.  
par. 3. num. 36. ibi: *Et signanter me multum moveant verba il-  
la, ad suos dicti Petri, & suorum omnimodas voluntates, in-  
de liberè faciendas, quæ non possent verificari, nisi censerentur  
vocati sui per vulgarem, & non per fideicommissariam, nun-  
quam enim dictus Petrus posset facere ad suas liberas volun-  
tates, si per fideicommissum essent vocati sui, maximè propt  
in nostro casu, vbi geminatè legitur facultas disponendi ad  
dicti donatarij voluntates, quæ geminatio verborum, li-  
beram importat voluntatem faciendi de rebus donatis,*  
quid-*

5  
quidquid voluerit , & sibi placuerit donatarius , ex Pereg.  
*de fideicomm. art. 52. num. 41. ver. Contrarium probat. circa fin.*

5 Corroborantur prædicta ex facultate inibi concessa  
donatario dandi, vendendi, impignorandi, & alienandi res  
donatas, ad suas voluntates, ex qua quidem facultate om-  
nino excluditur vinculum, & fideicommissum , nam de na-  
tura vinculi, & fideicommissi est , ut hæres gravatus non  
possit vendere , neque alienare bona , in quibus per fidei-  
commissum est gravatus restituere, Peregrin. *de fideicomm.*  
*art. 40. num. 1.* igitur permissa alienatione , cessat grava-  
men, & vinculum.

6 Deinde quia, qui habet facultatem habendi, tenen-  
di, & possidendi res donatas , vel alias, cum potestate alien-  
andi, vendendi, & disponendi ad suas voluntates, dicitur  
illas habere irrevocabiliter, & pleno iure , iure proprio , &  
in perpetuum, quamvis, seclusa dicta facultate , non posset  
alterari natura dispositionis, quando ( provt in nostro ca-  
su) dicta facultas est posita in dispositivis, Gratian. *discip.*  
*forens. cap. 932. num. 5. 6. & 7.* Barbos. *de claus. claus. 4. nu.*  
18. & consequenter cum noster donatarius , vigore dictæ  
facultatis, habuerit res donatas, irrevocabiliter, pleno iu-  
re, iure proprio, & in perpetuum, necessario sequitur nul-  
lum vinculum, fideicommissum , vel gravamen considerari  
posse in dicta donatione in dictum donatarium, & in ipsius  
odium, etiam si seclusa dicta facultate, resultare posset vin-  
culum ex dicta donatione.

7 Et quando in dicta donarione conjecturari posset  
fideicommissum in odium dicti donatarij ( quod negatur)  
nihilominus per dictam facultatem datam à donatore in  
dicta clausula, *ad dandum, vendendum, impignorandum,*  
*alienandum, faciendum omnes vestras vestrorumque volun-*  
*tates in perpetuum*, posita in dicta donatione, censeretur re-  
missum fideicommissum , vel ei renuntiatum , etiam si non  
sequeretur alienatio, Barz. *decis. Bonon. 96. num. 35. & 36.*

B ibi.

ibi: *Insuper dici etiam posset, quod in casu isto intelligatur renuntiatum fideicommissum, etiam non sequuta alienatione, nam tunc dicta clausula ad habendum, &c. Inducit fideicommissi renunciationem, si sequuta fuerit alienatio, cum simplex est, neque fuit adjectum, pro ut eis placuerit perpetuo facendum, ut in casu nostro, quia tunc indistinctè dicitur renuntiatum fideicommissum, etiam non sequuta alienatione, ut post Doctores in dicto §. duo fratres, & alios ab eo relatos tradit Thob. Monius in cons. 40. num. 19. & in cons. 41. num. II. & Borg. n. dicta decis. 36. num. 16. ubi dicit per huiusmodi verba tam prægnantia, induci fideicommissi remissionem, etiam non sequuta alienatione, & id, eo magis procedere videtur, cum præter dictum verbum, placuerit, sit in casu isto adjectum verbum univ ersale.*

8. Et in terminis divisionis hereditatis, quod per huiusmodi facultatem, vendendi, alienandi, &c. positam in clausula instrumenti divisionis, censeatur renuntiatum fideicommissum, maximè quando dicta clausula non est posita in exequutivis, sed dispositivis, pro ut in nostro casu, cum legatur in corpore, & substantia donationis, tenent Fusar. de substitut. quest. 593. num. 11. & 18. cum multis ab eo allegatis, Font. de pact. I. claus. 4. glos. 9. par. 3. nu. 49. Barbos. de claus. dict. claus. 4. num. 17. & ab eo allegati, Marta de claus. claus. 5. nu. 1. & 2. Can. var. p. 3. cap. 15. n. 292. ubi de cissionem nostri Senatus refert.

9. Et tandem quando constaret de dicto prætenso vinculo (quod negatur) nihil commodi reportaret adversa, ex quo ex processu, nec alias constat, ipsam esse de descendencia, & posteritate dicti Guillermi don atarij, & Gerardæ conjugum, quod præcissè per gradus distinctos probare tenebatur, ex cap. licet ex quadam de testib. Mant. decis. 88. n. 2. Ricc. in prax. iur. patro. resol. 155. num. 1. Noguer. alleg. 25. num. 286. cum seq. taliter, ut si probatio deficeret in uno gradu, etiam aliorum graduum destrueretur, Manti. dict. decis. 88. num. 2. Noguerol. dict. allega. 25. num. 290. quod

ge-

7

generale est in omni vocatione, seu successione, tam ex testamento, quam ab intestato, Castill. Sotomay. quotid. controv. lib. 5. tom. 6. cap. 122. tot. Peregr. art. 43. num. 60. & sibi Censal. vers. At vero in terminis, fol. mibi 291. atque ideo cum non constet adversam esse de descendentia, & posteritate dictorum conjugum Guillermi, & Gerardæ, non potest ad vocationem dicti prætensi fideicommissi aspirare.

### Tertium Dubium.

UTRUM EX DONATIONE FACTA PER GUILLER-  
mum de Erill, Archidiaconum de Prades, & de Pallars, Gui-  
llemo de Castro veteri, in qua dicit se esse dominum Baro-  
niam de Erill, & dispositus de illa in favorem dicti Guillermi  
de Castro veteri, probetur dominium, & possessio dictæ  
Baroniæ penes dictum dona-  
torem.

10

**H**VIC dubio plenissimè, & concludenter satis-  
factum fuit per hanc partem, in allegat. ju-  
ris noviter per ipsam edita, quæ incipit, *Primum Dubium*  
*an constet, Guillermum de Erill Archidiaconum de Pratis,*  
*& de Pallars, in Ecclesia Urgellens. fuisse dominum Castrum,*  
*& Baroniæ de Erills in qua ex rationibus, juribus, & auctori-  
tatibus, plenè, & evidentissimè constare fecit, dictum Ar-  
chidiaconum de Prades, & de Pallars ullatenus fuisse do-  
minum, & possessorem dictæ Baroniæ de Erill, nec tale,  
quid fuisse per adversantem probatum in processu, ad quam  
juris allegationem nos remittimus, ne molesti simus, & in  
vitio repetitionis incidamus.*

Du-

## Quartum Dubium.

*VTRVM EX QVO DECESSIT NOB. OLDEGARIVS  
de Erill, & Orcau, absque filiis masculis, evanuerit ius per il-  
lum prætensum ad Comitatum de Erill, ratione masculinita-  
tis, & possit Illustris Emanuela de Erill, Marquionissa de Ru-  
pit eius filia, & herede, agere ex propria persona ad declara-  
tionem maioris deliberationis reservatae in Regia sententia  
lata super Baronia de Orcau, quo addictum Comitatum  
de Erill, in favorem dicti Nobilis Oldegarij  
eius patris.*

II    **E**t cum resolutio huiusmodi dubij, omnino  
pendeat ex lectura hæreditamenti, seu dona-  
tionis factæ per dictos Alphonsum, & Philippum de Erill  
patrem, & filium, & Domnam Ioannam eorum uxorem, &  
matrem respectivè, in capitulois matrimonialibus dicti No-  
bilis Philippi, cum Domna Cicilia de Semmanat (in qua  
credimus fundari dictum dubium) ideo in medium insere-  
re decrevimus, & sequitur sub his verbis, ibi: *Item, per fa-  
vor, y contemplaciò del present matrimoni, y per conservaciò  
de la agniciò, y familia, es pactat, y concordat entre dits se-  
nyors Don Alonso de Erill, Dona Ioana muller sua donadors,  
demunt dits, è Don Felip fill llur, è donatari, que en totes, y  
sengles coses, è bens desobre respectivament donats, finit lo  
dit us de fruyt, y après mort de dit senyor Don Felip, succe-  
besque, y hage de succebir lo primer fill masclle naxedor del  
present matrimoni, puix sia sa de enteniment, y dret de sos mè-  
bres, y los descendants de aquell mascles, per recta linea mas-  
culina, venint dits bens, è coses donades del hu al altre suc-  
cessivament, fins al derrer, segons orde de primogenitura,  
preferint tots temps, lo primer nat, y los descendants de aquell  
mascles, per linea masculina als altres, puix com dit es, tos-  
tempis;*

9

temp, lo qui succehirà, baja de eſſer ſa de enteniment, y dret de ſos membres, y defallint la linea masculina del primer fill maſcle naxedor, ſucceheſquen, y hagen de ſuccehir, y pervinguen dits bens, y coſes donades, al ſegon fill maſcle naxedor del diu matrimonio, y als descendants ſeus maſcles, per linea masculina, que ſien ſans de enteniment, y drets de ſos membres, segons que deſobre es dit del primer naxedor, y aixi defallint la linea masculina del ſegon fill naxedor, ſe ſegueſque, y haje de ſeguir dels altres fills maſcles per linea masculina, y descendants de aquells, del primer, fins al derrer ad in perpetuum, segons orde de genitura, preferint toſtemp lo primer nat, y descendants de aquells maſcles per linea masculina, als altres, è defallint los fills maſcles, y descendants de aquells, per linea masculina del present matrimonio; de tal manera, que noy haje algu, ſucceheſque, y haje de ſuccehir en los dits bens, è coſes donades, fill maſcle primer naxedor de ſegon, ò altres matrimonis del dit ſenyor Don Felip fill llur, y descendants de aquell, per recta linea masculina; y defallint la linea masculina del primer, pervinguen al ſegon fill maſcle naxedor, y descendants de aquell, per linea masculina, y après defallint dita linea masculina del ſegon fill maſcle naxedor, als altres fills maſcles naxedors, y descendants de aquell, per recta linea masculina, del bu al altre, fins al derrer, segons orde de genitura, preferint toſtemp lo primer nat, y los descendants de aquell maſcles, per linea masculina, als altres, com es dit dels fills maſcles del primer matrimonio, y descendants de aquell, per linea masculina, entenent toſtemp, que los que ſuccehiràn, hagen de eſſer ſans de enteniment, ya dret de ſos membres; defallint emperò tots los descendants maſcles, per linea masculina, com es dit del dit ſenyor Don Felip, ſucceheſque, y haje de ſuccehir, y pervinguen dits bens, y coſes donades, à Don Francisco fill comu de dits Nobles ſenyors D. Alonso, y Dona Ioanna muller ſua, ſi à les bores viu ſerà, y après mort ſua, y encara en cars que foſ premort, al dit Don Felip, y als descendants ſeus, com dalt es dit, pervinguen dits bens, è coſes donades.

C      als

als descendents mascles per linea masculina de dit Don Francisco q̄o es, del vñ al altre, del primer, fins al derrer, segons orde de primogenitura; com es dit del dit senyor Don Felip, y descendents de aquell mascles, per linea masculina; q̄o es, lo primer nat, y sos descendents mascles per linea masculina, y après los altres successivament, del vñ al autre, fins al derrer inclusivè, com es dit, y ordenat del dit Don Felip, preferint tostems lo major nat, y descendents de aquell mascles per linea masculina, als altres: E en defecte de la linea masculina dels dits Don Felip, y après del dit Don Francisco, com desus es dit, succehesquen, y hajen de succehir, y pervinguen los dits bens, y coses donades, à les filles del dit Don Felip, y à llurs descendents mascles, o fembres gradatim, & successivè de major à menor, com està disposat en los dits fills, preferint sempre los mascles, à les fembres, y en defecte de aquelles, y de llurs descendents, previnguen à les filles de dit Don Francisco, y à llurs descendents mascles, o fembres, de la mateixa manera que està disposat en les filles del dit Don Felip, y descendents de aquelles, ab tal emperò, que sempre sie successor vñ tot sol, y haje de pendre lo nom, y armes, com debaix se diràs defallint emperò tots los sobredits, succehesquè, y hajen de succehir, y pervinguen los dits bens, y coses desobre donades, als fills de la Noble Dona Maria de Erill, filla de dits senyors, muller de Don Francesch Lluys de Gurrea, y de Castro s̄q̄o es, à ella, si viurà, y après de ella à sos descendents mascles, y dones, y en defalliment de sos descendents, à la altre filla de dits senyors Don Alonso, y de Dona Ioanna, y à les altres filles consecutivament, segons, y en la forma, y orde, y ab les mateixas condicions, que desobre es estat dit dels dits Don Felip, y Don Francisco germans seus, entenent tostems, y volent, que los qui succehiràn en dits bens, hajen de eſser sans de enteniment, y a drets de sos membres, y hajen de cognominarſe, y pendar nom, y armes de dits senyors donadors; E mes, volen, y declaran dits senyors donadors, que algu que sie en Sacres Ordes constituhit, o Religiōs, no puga, ni li sia licit evenir à la successió

cessió de dits bens, per pacte de la present donaciò, ò donacions,  
 y favor del matrimoni, ans en los prop dits casos, y quiscu de  
 aquells succebesque, y haje de succebir, lo altre cvenint après,  
 qui serà sa de enteniment, ya dret de sos membres, y no serà  
 constituit en Sacres Ordes, ò Religioss E mes, volen, y decla-  
 ran dits senyors donadors, è les dites donacions, y heretament,  
 fan, y fer entenen, ab pacte, y condició, que si del present ma-  
 trimoni no seràn engendrats fills masclles, sino filles, tant so-  
 lamenter una, ò moltes; y axi be, que encars succebesque dit  
 Don Francisco, ò sos fills masclles, com desobre es dit, que la  
 una de aquellas filles, la que dit senyor D. Felip en son cars  
 eligirà, è nomenarà succebesque, y haje de succebir en catorze  
 milia lliures Barceloneses, compreses las que los vassalls de  
 dites Baronies li donaràn per maridatje, lo qual maridatje  
 vingue à carrech de dit senyor Don Felip, eo de Don Francis-  
 co, y dels seus respectivament de aver, è cobrar aquell de dits  
 vassalls, y cobrat, ò no cobrat aquell, se hajen de pagar dites  
 catorze milia lliures, les quals catorze milia lliures haje de  
 haver, è rebrer dita filla, en la collocaciò de son matrimoni, y  
 no altrament, la qual filla dit senyor Don Felip, ara per les  
 hores, no fent ell altre nominaciò, nomene, y vol sie tinguda  
 per nomenada la filla major, procebadora de dit casament, ab  
 que no sie falta de enteniment, ni contreta, ni manca de sos  
 membres, y en tal cas, lo que Deu no vulle, nomena la filla se-  
 gona del mateix modo, que ha anomenada la primera, y axi  
 consecutivament les altress. Si cars serà, que la tal filla nome-  
 nada per lo dit senyor Don Felip, no volguès contractar ma-  
 trimoni, ans volguès entrar en Religiò, ò altrament, q en tal cas,  
 dita tal filla, no tinguer, ni puguer tenir dites catorze milia lliu-  
 res, sino tant solament la llegitima que li tocarà dels bens he-  
 retats per lo dit senyor Don Felip, com à de una de les altres,  
 aplicantlo dit senyor D. Felip les dites catorze milia lliures à  
 la filla altre seguent, ò à la que ell voldrà en les quals catorze  
 milia lliures, com dalt està dit, donades à dita filla, pugue dit  
 senyor Don Felip posar los vincles, y condicions que ben viutes

li seràn romanent, salves à dita filla en tot càs la llegalitima à  
 ella competent, à la qual filla, per dita quantitat de catorze milia  
 lliures, los dits senyors Don Alonso, Dona Ioanna, y Don  
 Felip de Erill, lin obliguen tots, y sengles bens llurs, y de quis-  
 cu de ells insolidum mobles, è immobles haguts, y havedors ab  
 totes renunciacions, axi de benefici de noves Constitucions, y  
 divididores actions, Epistola de Adria, è de Valleya, per part  
 de dita senyora Dona Ioana, del qual assereix e ser certificada  
 per lo Not. dejus escrit, com altres degudes, y pertanyents, è ne  
 obliguen especialment, y expressa hypotecan, y entre mans mis-  
 siò, fan, y posan, ab clausula de constitut, y precari les dites Ba-  
 ronies, Castells, è Llochs de Sant Antoli, de Rubinat, de Ode-  
 na, Pallarols, è de Timor, ab tots los drets, y pertinencies de  
 aquelles, posant aquelles, entre mans, y missiò, à la filla per dit  
 Don Felip anomenada, fins à tant que realment, y de fet li sien  
 pagades dites quantitats, volent, y expressament consentint,  
 que los fruyts rebrà dita filla de dites Baronies, en lo predit  
 càs à ella hypotecades, no sien computats en les quantitats so-  
 bredites, ans be aquells seus propis fasse à tots sos usos, y  
 liberas voluntats, fins à tant, que de dites catorze milia lliu-  
 res sien integrament pagada, è à major cautela volen, y consen-  
 ten, que los vassalls de dites Baronies de Sant Antoli, y altres  
 de dita senyora Baronesa, fassen, y presten, nunc pro tunc los  
 homenatges al Notari qui testificarà los presents capitols, pe-  
 ra quels prenga, y estipule en nom de la dita filla, que serà no-  
 menada per lo dit senyor Don Felip, y tambè en nom de qual-  
 sevol altre persona, que hi poguès tenir interès ab deguda in-  
 tima, dirigida als vassalls, è habitants, è habitadors en dits  
 Llochs, è Baronies, que dits homenatges fassen, y presten, als  
 quals per dit efecte, ab tenor de la present, absolen del Sagra-  
 ment, è homenatges que à dits senyors, o qualsevol de ells pres-  
 rats tenen, y que en dit cars consemblants homenatges à dita fi-  
 lla per dit Don Felip anomenadora, fassen, y presten, y aquella  
 tingan, y reputen per senyora llur, y en aquella regoneguen, y  
 responduen de totes les rendes, drets, y coses que à dits senyors  
 han

13

13

han acostumat de pagar, y responder, altre intima no demandada, ni requestas; volen emperò, que en tot cas de execució sien primer executades les coses especialment obligades; E les demés filles, si ni aurà, hajen de ser collocades de la llegitima, los tocarà en los bens compresos en les presents donacions futes per dits senyors, &c.

12 Ex contextura dictæ dispositionis, literaliter inferatur, post mortem dicti Don Philippi, vocatos fuisse in dicta donatione omnes filios masculos nascituros ex dicto matrimonio contracto per dictum Don Philippum cum Domna Cicilia de Semmanat, & omnes descendentes ab eis masculos, per rectam lineam masculinam, de uno ad alium successivè, usque ad ultimum, secundum ordinem primogenituræ in perpetuum, & deficientibus omnibus supradictis filijs masculis, & ab eis descendantibus masculis, ex dicto matrimonio, vocatos fuisse omnes filios masculos secundi, vel alterius matrimonij dicti Don Philippi, & ab eis descendantibus masculos, per rectam lineam masculinam, prout dictum fuit de filijs masculis primi matrimonij, & ab eis descendantibus masculis, per lineam masculinam, & in defectum omnium filiorum, & descendantium masculorum per lineam masculinam dicti Don Philippi, vocatum fuisse Don Franciscum de Erill filium conjugum Don Alphonsi, & Domnæ Joannæ, & fratrem dicti Don Philippi, si tunc viveret, & post eius mortem, & etiam casu quo præmoreretur dicto D. Philippo, vocatos fuisse descendantes masculos, per lineam masculinam dicti Don Francisci, de uno ad alium, & a primo usque ad ultimum, secundum ordinem primogenituræ, prout supra fuit dispositum de filijs, & descendantibus masculis, per lineam masculinam dicti Don Philippi, & deficiente linea masculina dictorum Don Philippi, & Don Francisci vocatas fuisse filias dicti Don Philippi, & ab eis descendantes masculos, vel feminas gradatim, & successivè, de maiori ad minorcm, præferendo masculos, fœminis, & in earum defec-

D tum,

tum, & descendantium illarum, vocatas fuisse filias dicti Don Francisci, & suos descendentes masculos, vel foeminas, eo modo quo fuit dispositum de filiabus dicti Don Philippi, & earum descendantibus; & indefectum omnium supradictorum, vocatas fuisse filias dictorum conjugum D. Alphonsi, & Domnæ Ioannæ, & earum descendentes, tam masculos, quam foeminas.

13 Cumque, ex meritis processus, & alias, constet lineam masculinam dicti Don Philippi defecisse, per mortem Don Alphonsi, & Don Philippi filiorum dicti D. Philippi majoris, absque filijs, & descendantibus masculis, per lineam masculinam, & consequenter locum fuisse vocationi Don Joannis de Erill filij dicti Don Francisci (præmortuo dicto Don Francisco patre suo) qui præsenti liti se opposuit, & post eius mortem, in favorem Don Oldegarij de Erill filij dicti Don Ioannis, & nepotis dicti Don Francisci, qui etiam dictæ liti se opposuit, & secundum relatam dispositionem dicti hæreditamenti, seu donationis, indefectum omnium masculorum descendantium per lineam masculinam ex filijs masculis dicti Don Philippi majoris, & dicti Don Francisci fratris dicti Don Philippi, solummodo reperiantur vocatæ filiæ dicti Don Philippi majoris, & descendentes ab eis, & consequenter adversa nullam vocationem prætendere possit, cum non sit descendens ex filiabus dicti Don Philippi majoris, qui nullas habuit, & postea votati, in rerum natura non existerent, tempore mortis dicti Don Oldegarij, sequitur dictum Don Oldegarium liberas habuisse res comprehensas in dicta donatione, & de illis ad libitum disponere potuisse in testamento, vel alias, cum certissima regula sit in jure, in terminis fideicommisorum, quod quando non supereft persona, cui hæres gravatus bona fideicommisſi restituere tenebatur, remanent bona dicti fideicommisſi, libera penes hæredem gravatum, Fusar. de substit. quest. 551. num. 1. & 2. & 586. num. 2. Pereg. art. 52. num. 2. & ibi Censal. vers. Sed ubi fidei-

fideicommissarius, circa medium, fol. mihi 331. Joann. Baptista Spada cons. 239. num. 4. tom. 3. Atque ideò quamvis dictus Don Oldegarius de Erill, absque filijs masculis decesserit, nihilominus potest Illustris Emanuela de Erill, Marquionissa de Rupit, vti filia, & hæres dicti Dñm Oldegarij patris sui (qui liberè habuit Baroniam de Erill, & alia, de quibus disceptatur in præsenti judicio, & sic nō fuit jus eius extinctum) agere ad declarationem majoris deliberationis, reservatæ in Regia Sententia latâ super Baroniam de Orcau, quo ad dictam Baroniam de Erill, & alia in præsenti judicio petita, & ad vendicationem dictorum bonorum, cum hæres representet personam defuncti, & succedat in omnibus bonis, juribus, & actionibus quas defunctus habuit tempore mortis suæ, juribus vulgatis.

14 Nec superius proximè dictis super dicto quarto dubio officiunt, ea quæ ex adverso ponderantur in ultima juris allegatione post hęc scripta ædita, in satisfactionem dictorum quatuor dubiorum, & præcipue à num. 18. ad 63. vbi totis viribus conatur, probare Excellentissimam partem aliam Marchionissæ de Castellnou vocatam fuisse in dicto vinculo ordinato per dictos Don Alphonsum, & Domnam Joannam de Erill conjuges, & Don Philippum de Erill dictorum conjugum filium, in capitulis matrimonialibus dicti Don Philippi, & consequenter non potuisse remanere bona compræhensa in dicto vinculo, libera penes dictum Don Oldegarium de Erill, ex quo negari non potest in dicto vinculo vocatos fuisse filios masculos dicti Don Philippi, & ejus descendentes masculos per lineam masculinam, & in eorum defectum, vocatum fuisse Nobilem Franciscum de Erill, fratrem dicti Don Philippi, & filium dicti Don Alphonsi, & ejus descendentes masculos per lineam masculinam, & in defectum dictorum Don Philippi, & Don Francisci, & omnium eorum descendientium masculorum per lineam masculinam, vocatas fuisse filias dicti Don Philippi, & carum descendentes masculos, & foeminas, & in eorum

rum defectum vocatas fuisse filias Don Francisci, & earum descendentes masculos, & foeminas; cumque defecerit linea masculina dicti Don Philippi, & post mortem dicti Don Oldegarij de Erill (qui sine filijs masculis decepsit) defecerit etiam linea masculina dicti Don Francisci, in comperto esse dictam Excellentissimam Marchionissam de Castellnou vocatam fuisse in dicto vinculo tanquam neptem dicti Don Philippi, ex regula: quod appellatione filiorum, vel filiarum compræhenduntur nepotes, vel neptes.

15 Respondetur enim regulam prædictam, quod appellatione filiorum, vel filiarum compræhendantur nepotes, vel neptes, minimè casui nostro applicari posse, nam quando ex conjecturis, vel aliâs DD. dictam regulam admittunt, supponunt casum, in quo nepotes, vel neptes, qui sub nomine filiorum, vel filiarum prætendunt vocationem, sint filij, vel filiaæ filiarum, vel filiorum vocatorum, Merlin. *decis. 520. num. 4. & 5. Fusar. de substit. quest. 314. num. 6.* Altograd. *tom. 2. controvers. 97. à num. 2. ad 7. ibi: Ad minimè convenit Alexandræ, & Mariae Margaritæ filiabus D. Marij filij Leonardi, quia ipsæ non sunt filiae fratris testatoris, nec filiae filiarum eiusdem fratris, & per consequens, cum verba dispositionis in eis non verificantur, neque etiam ipsa dispositio ad earum favorem locum habere potest, ut bene in terminis dixit Decian. conf. 47. num. 31. lib. 3. Caren. resol. 103. num. 15. & in individuo Pereg. conf. 64. num. 2. 3. lib. 4. & ad illarum exclusionem sufficit dicere, testamentum de eis non loqui, Seraph. *decis. 1486. nu. 1. Rot. coram Millin. decis. 373. num. 17. optimè Cyriac. Controver. 8. num. 47. Magon. decis. Lucen. 82. num. II.* Nec obstant tradita in motivo DD. quatuor Illustrissimorum auditorum Rottæ prædictæ.*

16 Nam unico verbo respondetur, questionem ibi exagitatam videlicet, an in fideicommissis appellatione filiorum veniant nepotes esse omnino alienam à terminis casus nostri, nec eam potuisse pro decisione huius litis deservire, talis enim questionis supponit nepotes, de quibus est controversia esse natu-

ex

17

ex filiis vocatis, ut videre est apud Doctores omnes, qui illam tractant, & sic in casu nostro locum haberet, si post defectum lineæ masculinæ fratrum testatoris, vocatae essent simpliciter filie eorundem fratrum, tunc enim si non superviverent filiae, sed nepotes, aut neptes ex eis extarent, vel adessent filiae aliquorum ex dictis fratribus, & etiam adessent nepotes ex filiabus premortuis aliorum fratrum, & controversia esset inter ultimum ex masculis, & filios DD. filiarum, vel inter filias, & filios aliarum filiarum premortuarum, res è dicta questione, an scilicet vocatis filiabus nepotes veniant discuti debet, at cum in casu nostro D. Alexandra, & D. Maria Margarita sint nepotes D. Leonardi, non ex filiabus vocatis, sed ex D. Mario, in gradu substitutionis, de qua agimus minime vocato, absurdum est dicere illas venire debere sub vocatione DD. filiarum, ut sensui patet, & libenter aliquam insignis Doctoris autoritatem, ne dicam aliquem textum in contrarium viderem, &c.

17 Vnde cum Excellentissima Marchionissa de Castellnou, non sit filia filiarum dicti Don Philippi, vocatarum in defectum omnium descendantium masculorum, cum filias nullas habuerit, ut est dictum, sequitur exclusam omnino remanere à prætensa vocatione ex dicta regula, quod appellatione filiorum, vel filiarum veniant nepotes, vel neptes.

18 Deinde quia licet controversum sit inter DD. an appellatione filiorum comprehendantur nepotes, ut fateatur adversa in dicta sua juris allegatione num. 26: quorum plures refert Castill. *controver. iur. lib. 5. cap. 66. num. 26.* qui num. 34. dicit Materiam conjecturalem esse, & præsumptam, sicque ex conjecturis definiendam omnino; attamen quando agitur de odio hæredis gravati, & libertate bonorum, & fideicommissum extingueretur, si sub nomine filiorum nepotes non comprehenderentur, & non adfiant aliæ personæ, quibus restitutio fideicommissi esset facienda per dictum hæredem gravatum, provt in nostro casu, cum agatur de odio Don

E. Ol.

18

Oldegarij de Erill vltimi successoris, & libertate bonorum, & fideicommissum esset extinctum, si sub nomine filiorum non comprehenderentur nepotes; ex quo nō adsunt aliqui ex vocatis, moriente dicto Oldegario sine filijs, & descenditibus masculis per lineam masculinam, ut supra dictum est; tunc appellatione filiorum non venire nepotes, indubitanter affirmant Androl. controver. iur. controv. 82. num. 16. & 17. Gratian. discip. forens. cap. 765. num. 2. Seraphin. decis. 1486. num. 9. Alexand. Ludovisi. decis. 514. in annot. num. 16. Joann. Baptist. Spad. conf. 313. num. 8. tom. 3. Farin. in repertor. vltim. volunt. cum fragment. decis. 23. num. 31. & 32. Peregr. de fideicomm. art. 25. num. 3. Simon de Prætis. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 4. num. 41. fol. 207.

19 Ioann. Baptista de Luca de fideicom. tom. 10. discurs. 71. num. 13. ibi: *Ad Id autem dignoscendum, advertebam magnam esse differentiam inter casum in quo de ista questione agatur ad effectum libertatis bonorum, ut scilicet prædefunctis filijs primi gradus extantibus autem nepotibus, vel ulterioribus descendantibus, substitutio caducata censeatur, & casum in quo non cesset substitutio, sed ulteriore progressum habeat ad diversum gradum, seu diversum genus personarum. Primo enim casu urget favor ipsius gravati, qui gravatus restituere filijs, dicendus non est gravatus restituere nepotibus, urgente regula prohibente extensionem, seu multiplicationem oneris, ac servitutis, & in his terminis loquuntur Menoch. conf. 215. num. 22. & seqq. Cephal. conf. 107. Rot. decis. 507. & 667. par. 2. recent. & 279. par. 6. Et num. 14. vers. ut enim supra advertitur, ibi: *Vt enim supra advertitur, ac etiam habetur disc. seq. tunc ista restrictio vocabuli ad eius propriam, ac strictam significationem aliquam habet probabilitatem, quando, vel urget favor libertatis, ac cessationis oneris, & servitutis, vel quando ageretur de concurso cum alio substituto aque descendente, vel coniuncto.**

Pal-

20 Palma Nepos allegat.jur.93.num.ii.ibi: Secundo loco comprehentionem nepotum aliorumque descendantium sub nomine filiorum, suaderet favor ipsorum nepotum, aliorumque descendantium absque aliquo onere heredis gravatis si enim fideicommissum extingueretur in casu quo sub nomine filiorum nepotes, ceterique descendentes non continerentur, tunc pro ratione comprehensione concludendum esset; secus quando, prout in nostro casu, duratio fideicommissum non controvertitur, sed tantum cadit questio, cui sit facienda restitutio, &c.

21 Et num.17.vers.Primo, ibi: Primò, quod in eadem causa in qua emanaverunt prefatae decisiones scripsit D.de Luca de fideicomm.discurs.71. ubi sub num.12.in censu veritatis fatetur sibi dictas resolutiones non placuisse, nec substantabiles esse, & demonstrat auctoritates in contrarium relatas loqui, vel in casu in quo adsint filiae, in quibus revera vocatio verificetur, & suum habeat effectum, vel in casu quo si sub nomine filiarum nepotes, aliaeque descendentes non comprehendenderentur, gravamen fideicommissi evanesceret, neque gravatus ad ulteriore restitucionem teneretur, secus si prout in nostro casu nullo modo bona adquirunt libertatem, neque ab onere eximuntur, & ideo gravati non intersit id fieri, ut ita magis, id proximis, & conjunctis, quam remotoribus restituat, &c.

22 Sesse decis.64.num.57.ibi: Quinto nam, quando heres in omnem casum est gravatus, veluti si filij super sint, & disputatio sit inter eos, & nepotes ex filiis premortuis, tunc debent admitti, & veniunt appellatione filiorum, quia non agitur de exonerando herede ab onere fideicommissi, nec de gravando, cum in omnem casum teneatur restituere.

23 Gratian. discept. foren. tom.4. cap.687.num.6. & 7.ibi: Neque obstat, quod filiorum appellatione non veniant nepotes in fideicommissis curt.sen.consil.45. Roland. consil.43.num.26. lib.4. cum alijs per Handed.consil.60.num.61. usque ad 74.lib.1. quia contrarium est verius, quando non imponitur anus heredi restituendi, prout in casu nostro, in quo iam fideicommissum est inductum per existentiam filiorum Lucie, & heres per

exclusionem Antonij, non relevatur ab onere restituendi portionem, quam restituere tenetur, etiam si adesset unus tantum filius Lucie; unde cum hic non agatur de onere inducendo, sed tantum de favore nepotis, ut succedat in fideicommisso purificato, semper nepos venit appellatione filij.

24 Idem Gratian. discept forens. cap. 847. tom. 5. num. 12. ibi: Accedat, quod licet in directa substitutione, que nemini est onerosa, sed tantum est favorabilis nepotibus, filiorum appellatione veniant nepotes, tamen aliud est in substitutione fideicommissaria, in qua etiam in activa significatione nepotes non includuntur, quamvis enim in ea agatur de commodo, & favore nepotum, ut ex illa censeantur vocati, nihilominus, quia ex hac vocatione gravatur heres, & de eius praeditio agitur, tunc filiorum appellatio, non comprehendit nepotes.

25 Cassan. conf. 58. num. 44. ibi: Verum, & hęc conjectura summe etiam est controversa, & communiter improbarur, etiam in activa substitutione, in qua licet agatur de favore, & commodo filiorum, & nepotum, ut ex ea intelligantur vocati, nihilominus, quia ex hac vocatione sequeretur praeditum, vel heredis, vel filiorum, qui favore nepotum gravarentur, ideo filiorum nomine nepotes includi non possunt, cum ratione fideicommissi, materia simpliciter dicatur odiosa.

26 Alia etiam ratione in nostro casu appellatione filiorum minimè contineri posse nepotes, nimirum quia negari non potest dictum vinculum conventum, & pactatum fuisse inter dictos conjuges Don Alphonsum, & Domnam Ioannam de Erill, & Don Philippum de Erill dictorum conjugum filium, in capitulis matrimonialibus dicti Don Philippi, & sic in contractu, & sit certissima regula in jure, quod in contractibus appellatione filiorum, non veniunt nepotes, Font. de paet. tom. I. claus. 4. glos. 9. par. 3. num. 3. Cassan. post conf. 57. fol. mihi 880. vbi sententiam Senatus Aragonum refert, in qua leguntur hęc verba: Quia licet alias appellatione filiorum veniant nepotes, secus tamen est in contractibus. Fusar. de substit. quæst. 321. num. 102. Farinac.

in

*in report. ultim. volunt. quest. 16. cap. 1. num. 23.* Ramon.  
*conf. 199. num. 196.* Barb. *de appellat. verbor. appellat. 99. nu.*  
*86.* qui *num. 88.* dicit, quod sub filiorum appellatione ne-  
 potes inclusos non esse, quando sumus in substitutione fa-  
 cta in contractu, & in nostris terminis, in casu scilicet hæ-  
 reditamenti, vel donationis factæ in capitulis matrimonia-  
 libus, tenet Peguer. *cap. 168. num. 2.* Ibi: *Et maximè quan-*  
*do sumus in contractibus, & donatione, prout in casu occurren-*  
*ti, quod filiorum appellatione non veniant nepotes testatur*  
*communem Anton. Gabri. ubi supra num. 61. & merito quia*  
*in contractibus, & donatione non ita latior fit interpreta-*  
*tio, & in fine ita conclusum in Senatu refert 22. Octobris*  
**1597.**

27 Non solum ex superius dictis, & ponderatis com-  
 petit actio huic Illustri parti ad vindicandum ab Excellen-  
 tissima, & Egregia Adversa dictum Comitatum de Erill,  
 Baroniam de Sant Antoli, Rubinat, & alia per eam petitas  
 verumetiam, quia ut partes sunt in confessio, in dicto hære-  
 ditamento facto in capitulis matrimonialibus dicti Don  
 Philippi, vocati fuerunt filij, & descendentes masculi per  
 lineam masculinam dicti Don Philippi, & in eorum defectum  
 filij, & descendentes masculi per lineam masculinam  
 dicti Don Francisci, & in defectum omnium supradicto-  
 rum masculorum, filiæ foeminæ dicti Don Philippi, & ca-  
 rum descendentes, tam masculi, quam foeminæ, de maiori,  
 in minorem, & in earum, & eorum defectum filiæ foeminæ  
 dicti Don Francisci, & earum descendentes, tam masculi,  
 quam foeminæ, etiam de maiori in minorem, & sic dato,  
 quod Excellentissima Pars alia, vti descendens ex masculis  
 primæ linea esset vocata, ita similiter dicta Marchionissa  
 de Rupit esset suo casu vocata, & cum ex meritis processus,  
 & partes etiam sunt in confessio, constet lineam masculinam  
 dicti Don Philippi defecisse per mortem Don Alphonsi filij  
 dicti Don Philippi, superviventibus Nobilibus Don Ioan-

F ne

ne de Erill, filio dicti Don Francisci, & Don Oldegario de Erill, filio dicti Don Ioannis, consequenterque successione intrasse in lineam dicti Don Francisci, in caue admisum fuisse Don Oldegarium de Erill post mortem dicti Dō Joannis, & dicta Marchionissa de Rupit, & Baronissa de Oreau, vti primogenita dicti Don Oldegarij sit de dicta linea admissa, & non constet Excellentissimam, & Egregiam Partem aliam, post mortem dicti Don Oldegarij vocatam fuisse in dicto vinculo, vt supra ponderatum fuit, nec minus constet de voluntate disponentiū, quod fieret transitus de dicta linea admissa ad aliam lineam, evidentissimè, evidenter, nec aliàs, & ad minus negari non posse, maximam dubitationem continere dictas prætensas vocationem, & voluntatem disponentium, sequitur non posse fieri transitum de dicta linea dicti Don Francisci admissa, ad aliam lineam, imò dictam Marchionissam, vti filiam primogenitam dicti Don Oldegarij, vltimi successoris successisse in dicto vinculo, Clemens Metlin. decis. 520. num. 13. & 14. tom. I. Castill. controv. iuris, lib. 5. cap. 91. nu. 74. vers. Hac tenus Tiberius Decianus tom. 5. & melius eodem, lib. 5. cap. 143. §. vnic. num. 13. circa med. tom. 6. Rojas decis. 22. à nu. 28. ad 37. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 4. num. 32. & cap. 9. num. 1.

28. Et in proprijs ferè terminis Palma Nepos alleg. 93. num. 3. & 4. ibi: *Prima est quod in fideicommissis quibuscumque, & præcipue in eis que iuxta primogenituræ ordinem deferuntur, nūquam de una linea fit transitus ad aliam, nisi prius totaliter evacuata priori, in quam semel fideicommissum ingressum fuit, dummodo contrarium expressè non disponat testator, vel de hoc adsint evidentissimæ, vel urgentissimæ conjecturæ, ut per Mantic. de conject. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 16.* Et infra, ibi: *Ita ut si res aliquo modo sit dubia, vel aliquam ambiguitatem admittat, semper ad favorem existentis in linea admissa veniat resolvendum, quoniam ad effectum faciendi saltum de una ad aliam lineam evidens re-*

*qui-*

quiritur probatio voluntatis testatoris. Argum. text. in l. pr. Cod. de condit. insert. in illis verbis, nisi alia voluntas defuncti evidenter probetur, facit text. in l. siptures, ff. de vulgar. in illis verbis, nisi alia fuerit forte mens testatoris, quod vix credendum est, nisi aliud evidenter fuerit expressum, & præceteris rectè animadvertis Parlador. differ. quotid. in quæst. q. i. nu. i. vers. Neque tamenquam, & in terminis præcisæ questionis nostræ, quod scilicet in successione fideicommissi ad quod sunt vocati masculi, cum exclusione fæminarum adhuc filia ultimi possessoris succedat, exclusis masculis alterius lineæ, nisi evidentissimè constet testatorem contrarium sensisse, & hoc ex prærogativa, & privilegio lineæ jam admissæ firmat. Venturin. conf. 46. n. 44. &c.

29 Castill. quotid. controv. lib. 5. cap. 93. num. 58. tom. 5. ibi: Imò, & in fortioribus terminis, & in casu secundo principali, supra proposito, quando scilicet in defectum filiorum, & descendientium masculorum filia major testatoris vocata fuerit, aut filia eiusdem suo ordine vocentur, adjecto pronomine mea, scilicet, suceda mihiya major, & sucedan mis hijas por su orden. Ego aliquando in casu occurrenti dicbam, & iuridice contendebam, quod si extincto ultimo masculo maioratus possessore, cuius etiam pater masculus successit, atque ita deficientibus omnibus masculis ad successionem maioratus concurrant filia, aut soror eiusdem ultimi possessoris maioratus cum filia, aut filius aliusve descendens ex filia maior, aut ex altera filia institutoris maioratus, que ad modum prædictum, & adjectis dictis verbis filia mea maior, aut filie mee suo ordine sucedat, & ante aquam masculi deficerent, & successionis ius sibi deferri posset decessit, nec in eius persona linea initium sumpsit ad successionem admittendus non esset ex huiusmodi filia descendens, sed potius filia, aut soror ultimi possessoris maioratus preferenda, nec affectionem, atque prædilectionem consideratam respectu personæ filia, aut filiarum disponentis, quæ natæ, & ab eo cognitæ erant militare, locumque facere debere in eius successoribus, cum non dum linea in per-

persona filiae eiusdem institutoris initium sumpsisset, nec ab institutore ipso filiae, aut filij eiusdem cogniti fuissent, utpote nondum nati, & inde prærogativam videri concessam personæ filiae, nec in eius successoribus obtainere, si nondum in filia ipsa successionis ius, & linea incepisset, quamvis descendentes eiusdem alias suo ordine succedendi ius haberent, deficiensibus, descendantibus ex illa linea ultimi possessoris masculi; Ad quod tenendum multum mihi videbantur adstringere rationes, & communes interpretum nostrorum resolutiones, de quibus supra lineæ scilicet, & gradus, & proximitatis respectu eiusdem ultimi possessoris prærogativam, quæ primo loco consideratur in primogenitorum successione, atque ita fortiter vrgent in favorem filiae, aut sororis eiusdem ultimi possessoris majoratus, cuius etiam pater in maioratu successit.

30 Deinde negari non posse, quin casus dubius videatur, & à testatore non dispositus, imò nec forsitan excogitatus, & difficultatem continens in casu autem dubio pro filia, aut sorore ultimi possessoris omnes iuris regulas, & ordinarias interpretationum traditiones in materia maioratum vrgere, nec lineæ, & proximitatis prærogativam excludi posse ab eo, aut ea quæ ex linea altera, atque à fæmina, quæ nunquam successit procedit nisi de iure, atque vocatione eiusdem constaret evidentissime, prout ex Ludovic. Molin. & alijs supra probavi, & multum ad propositum scripsit Petrus Surd. in cons. 316. num. fin. in finalibus verbis, lib. 3.

31 Supradictis ita stabilitis, minime offendunt ex adverso allegata num. 14. & 15 & num. 61. suę ultimæ juridicæ allegationis, nimirum quod, ex quo dictus Don Oldegarrius de Erill ultimus masculus ex vocatis in dicto vinculo defecit absque filijs masculis, transitum fecit successio ad dictam Excellentissimam Marchionissam de Castellnou, tāquam filiam dicti D. Alphonsi minoris, qui priorem, & meliorem lineam occupavit, & esse perferendam dictæ Marchionissæ de Rupit, quamvis filiae dicti D. Oldegarrij ultimi agnati, cum in hoc casu non attendatur proximitas ultimi

gra-

gravati, sed vinculantis ex Doctoribus in dictis numeris allegatis, & præcipue Font. de pact. claus. 4. glof. 25. num. 17. 18. & 19. cum decisione Senatus.

32 Quoniam Doctores ibidem allegati loquuntur sanè in casu quo vocata fuit prima linea masculina, & in eius defectum secunda linea masculina, & in defectum ultimi masculi dictæ secundæ lineæ sine filijs masculis, vocatæ fuerunt foeminae prioris lineæ, & sic nihil mirum, si secundum eorum opinionem concludant, filiam ultimi masculi gravati dictæ secundæ lineæ minimè posse prætendere successiōnem propter prærogativam lineæ admissæ, nec propter proximitatem dicti ultimi masculi successoriss imo ex vocatio-ne foeminarum dictæ primæ lineæ in defectum masculorum secundæ, transitum fecisse dictam successionem de dicta linea secunda masculorum, ad primam lineam foeminarum; nos verò in diversis omnino terminis versamur, nā quamvis post mortem dicti Don Oldegarij de Erill sine filijs masculis, fuisset extincta secunda linea masculorum, in quam intraverat successio (ex defectu masculorum primæ lineæ) cum vero Excellentissima Marchionissa de Castellnou foemina prioris lineæ, nullatenus reperiatur vocata casu quo defecissent omnes masculi secundæ lineæ, & non constet evidentissimè, evidenter, nec aliàs de voluntate disponentium, quod fieret trasintus de linea admissa ad aliam lineam, & in omni casu maximam contineret dubietatem sua prætensa vocatio, & voluntas dictorum disponentium, ut supra probatum, & iustificatum remanet etiam firma, & stabilis successio in favorem dictæ Marchionissæ de Rupit filiæ primogenitæ dicti Don Oldegarij de Erill ultimi masculi gravati dictæ secundæ lineæ, ex prærogativa lineæ admissæ, & proximitate dicti patris sui, iuribus, & auctoritatibus superius allegatis.

33 Ultra quod opinio dictorum Doctorum ex adverso allegatorum in dict. num. 14. & 15. & num. 61. etiam in casu, in quo loquuntur, reiicitur à Castillo contro. juris, lib. 5.

*cap. 91. à num. 66. ad 81.* qui plenè ad partes discussò negotio, ex varijs Doctorum placitis contrariam opinionem tuctur respondendo contrarijs, & præcipue Fontanellæ in dicto num. 66. vbi ad longum recitat verba dicti Fonta. & n. 72. ver. *Præterea circa finem, & n. 75. in fin. ver. Sic sane.*

34 Ad ea verò, quæ ponderantur ab adversa num. 12. dictæ suæ juridicæ allegationis, super prætenso vinculo resultante ex testamento Don Petri Ludovici de Erill, fuit concludenter satisfactum per hanc partem, in dicta sua juridica allegatione ædita ante sententiam in hac causa facta incipiente *Prætenditur in hac causa, n. 110.*

35 Num. 13. dictæ suæ juridicæ allegationis, prætendit adversa sibi non præjudicasse dictum vinculum oppositum in dictis capitolis matrimonialibus dicti D. Philippi quantum ad Baroniam de Sant Antoli, & aliarum, quæ fuerunt Domnæ Ioannæ de Aymerich, ex quo in dictis Baronij successerat dictus Don Philippus ex propria persona, & successuri erant eius descendentes ex vinculis antiquiss coeterum huic prætensioni plenissimè satisfactum fuit per hanc partem in dicta sua juridica allegatione proximè relata à num. 154. ad 195. inclusivè, causis, & rationibus ibidem allegatis, quæ non repetuntur ad evitandum prolixitatem, & vitium repetitionis.

36 Illa verò, quæ breviter allegantur ab adversa à nu. 63. ad 70. suæ juridicæ allegationis super dubijs 2. 3. & 4. minimè procedunt ex his quæ supradicta sunt per hanc partem, super dictis dubijs, ut ex lectura eorum patet.

Quare in favorem huius Illustris Partis declarandum esse speratur, salvo semper, &c.

Molins junior V.J.D.